



Universitätsbibliothek Paderborn

Metropolis Salisvrgensis

Continens Primordia Christianæ Religionis Per Boiarium Et Loca quædam
vicina; Catalogum videlicet & ordinariam successionem Archiepiscoporum
Salisburgensium, & Coëpiscoporum, Frisingensium, Ratisponensium,
Patauiensium, ac Brixinensium

Hund, Wiguleus

Monachii, 1620

VI. De Testamentis Clericorvm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13553

spectant, puta in ijs decimis, quæ iam effectæ sunt Iuris Laici: ac vbi vel vterq; vel reus tantum Laicus est: item in contractibus decimalibus temporariis, scilicet vbi fructus tantum decimarum ad tempus venditi locatiuè sunt; atque etiā in casu soluti, vel non soluti, & in possessoriis vbi nuda facti quæstio est, nihilq; proprietatis admixtum continetur, & similibus casibus, de quibus ad Ius eiusq; interprætes relatio habeatur.

*Sigillatio
super fun-
dis ecclesiæ-
fcorum,
quibus &
quomodo
competat.*

Quarelae denique circa sacerdalem super bonis Ecclesiasticis sigillatio nem remedium adhibet nouum Statutum Provinciale, ut scilicet Prælatis & Clericis super fundis suis sigillandi Ius regulariter competit. At vbi Præfecti Ducales, vel alij ab antiquissimo tempore hoc Ius præscriverunt, vt tamen indemnitat Ecclesiarum consuleretur, nec tunc solis sigillare licet, sed fundi Dominus pro consigillando semper est requirendus.

VI.

DE TESTAMENTIS CLERICORVM.

Sexto super Testamentis Clericorum transactum est superiori tempore nimirum à CHRISTI Nativitate m. d. xxxix. inter Episcopum Ratisponensem Patratum & Ludouicum Bauariae Ducem, quæ quidem formula cum Reuerendissimo & Illustrissimo Cardinali Tridentino, Legato nuper in Comitis Augustanis atque ipsi quoque Retier. Domino Nuncio Apostolico visa sit discreta, & æquitati consona huc quoque accepta est ab omnibus æqualiter obseruanda, eaque sicut habebat.

*Transactio
Ratispon.
super testa-
mentis Cle-
ricorum
obseruan-
da.*

*Clericis
testam.*

*Clericis im-
testam.*

*Bona legi-
timorum*

Clericorum

expatriatio-

nio vel in-

dustra de-

uenientias

prenlegia.

ta.

iudicium ci-

camenti.

mota &

innocte-

nspansio-

tria ad

ordinarios

speciat.

Pecunia

panales & b

alleganda.

Clerici qui legitimo testamento confecto mortem obeant, bona reliqua testamentarij siue Ecclesiastici ij sint siue sacerdetales, describant, ipsum testamentum Vicario Ratisponen. pro confirmatione offerant, illudque deinceps exequantur, nec tamen id alio quam eo loco, vbi Sacerdos vita functus est, bonaq; ista reliqua sita sunt: vbi vero quis intestatus decebat, tum vel Vicarij Ratispon. vel Officiarij ducales ad quos primum de obitu perlatum fuerit, bona reliqua ob signent etiam absente altera parte: ad quam tamen de eo statim referatur, ut deinceps communi consilio diem statuant in qua Inuentorio simul ab ijs confessio Creditoribus ante omnia satisfiat, cum residuo id agatur, quod Ratispon. Vel Officiarij ducales, ad quos primum de obitu perlatum fuerit, bona reliqua ob signent, etiam absente altera parte: ad quam tamen de eo statim referatur, ut deinceps communi consilio, diem statuant, in qua Inuentorio simul ab ijs confessio, creditoribus ante omnia satisfiat, cum residuo id agatur, quod Ratisponen. reformatio iam ante edita, præscribit, sumptusque maiores & grauamina hæreditati minimè imponantur, nec creditores, aut alij molestentur, aut impe diantur diutius, hæc ex transactione illa, in reliquis stetur dispositioni Iuris communis, & consuetudini loci.

Et ne quid desit hoc loco, etiā reformationis Ratisponen. caput hic allegatum quod XXIII. est, addere libuit, quod ita habet: Inhibemus insuper ne in posterum Episcopi Clericis legitimis, ab intestato decentibus, in patrimonialibus bonis seu industria propria acquisitis, succedere possint ac debeant.

VII.

DE CAUSIS MATRIMONIALIBVS.

Vltimo Causæ matrimoniales æquæ ac aliaæ liquidò consistoriales foro Ecclesiastico liberè committuntur, sic etiam poenitentiarum in iungendarum iudicium ordinarijs, eorumque deputatis in populo Catholico liberum semper erit: Si tamen delicti qualitas, & personæ conditio satisfactionem pecuniariam imponendam suaserint, curabunt ij, vt ea pecunia ad pios usus intra Bauariae fines collocetur.

Atque